FOAIA

pentru

MINTE, ANIMA SI LITERATURA.

Nr. 45. MERCURIU, 5. NOEMBRE **1855.**

TRANSUMTUM.

Bullae Pontificiae, qua restauratur Sedes Metropolitana Alba-Juliensis de anno 1854 22. Febr.

(Bulla Patriarcului dela Rom'a, prin care se restauréza Metropoli'a nóstra de Alba-Julia, si se face neatornata, puinduse in subordinare hierarchica numai la Rom'a, ad. la scaunulu patriarchícescu de sangele seu.)

In nomine Domini Amen!

Cunctis sit notum et ubique pateat, quod Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto, Die vero Vigesima secunda Mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi Domini Nostrii Pii Papae Anno ejus octavo, Ego officialis Deputatus vidi et legi quasdam Litteras Apostolicas sub plumbo expeditas tenoris sequentis videlicet=Pius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam Eclesiam Christi ex omni lingua et populo et natione congregatam mirabili illa varietate fulgere compertum est, quae pulchritudinem ipsius ac decorem augeat non officiat, unitati quippe — videlicet rituum et linguarum genere inter se distinguantur per terrarum orbem diffusi fideles unius tamen fidei professione conjuncti unius tamquam corporis compagem effingunt Hinc, Romani Pontifices qui Christi Domini vices fungentes in terris mystici hujus corporis caput sunt sacros ritus orientalis Eclesiae, qui et commendarentur vetustate et orthodoxae fidei congruerent, non modo non improbarunt, verum etiam in summo pretio habuerunt, et ab omnibus qui illos sequuntur religiose adeo servandos putarunt ut ad alios transire ritus absque sua et successorum venia nemini licere constituerint, imo cum ipsis opportunum visum fuerit ea omnia, quae ad catholicam Hierarchiam sive stabiliendam sive restituendam penes cunctas Eclesias orientalis ritus pertinent pro suprema Pastoralis officii solicitudine decernere nunquam destituerunt. Hoc prae oculis habens Glor. mem. Gregorius Papa Decimus sextus Praedecessor Noster pro omnibus Graeco Catholico ritui addictis in Austriaco Imperio commorantibus peculiarem ejusdem greci ritus Hierarchiam molitus est instituere id opportunum im primis existimans ad spirituale illius gentis solatium nec non ad propulsandas schismaticorum insidias qui obstrahere illam assidue nitantur a communione cum Romana Eclesia, in qua constitutum divinitus est verae fidei magisterium et catholicae centrum unitatis Paternas hasce curas memorati Praedecessoris Nostri emulari pro animarum salute volentes quod perficere ipse nequivit ob difficultates et rerum et temporum id Nos bene juvante Domino aliqua ex parte exequi constituimus propriam erigendo pro Romanis in Transylvania, Eclesiasticam Greci ritus Provinciam quae constet e Dioecesi Magno-Varadinensi a strigoniensi Archi-Episcopatu subtracta tum ex duabus novis per Nos erectis Dioecesibus Lugosiensi scilicet in Banatu Temesiensi et Armenopolitana in Transylvania cujus Eclesiasticae Provinciae Metropoliticam sedem in Eclesia Fogarasiensi figere decrevimus Atque ad hanc rem Romanorum Genti imprimis oportunam peragendam sponte Nos excitatos suis etiam precibus in flammavit carrisimus in Christo filius Noster Franciscus Josephus hoc nomine Primus Austriae Imperator Bohemie et Hungariae Rex Apostolicus qui votis permotus universi Ungarici Episcopatus studio incensus verae religionis in suae ditionis finibus tutandae ac promovendae omnia libentissime detulit quae ad perfectionem tam salutaris operis necesaria viderentur. Itaque posteaquam sententiam

©BCU CLUJ

audivimus nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum sanctae Romanae Eclesiae Cardinalium quibus tanti momenti negotium ponderandum commisimus exhibita Nobis a Venerabili etiam Fratre Nostro Archiepiscopo Strigoniensi libera, quo ad haec Metropolitici Juris resignatione nec non accepto libero item consensu Venerabilium pariter Fratrum Nostrorum Antistitum Fogarasiensis Munkacsiensis et Magno-Varodinensis quarum ex Diecesium dismembratis pareciis novas Episcopales sedes supra memoratas Lugosiensem et Armenopolitanam ereximus eandem Romanorum gentem specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes omnesque et singulos quibus hae nostrae Litterae favent a quibusvis excomunicationis suspensionis et interdicti aliisque Eclesiasticis sententiis censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium tantum consequen. harum serie respective absolventes et absolutos fore censentes ad majorem omnipotentis Dei gloriam catholicae Religionis Incrementum nec non spiritualem Romanorum Consolationem et commodum motu proprio certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine Dioecesim Fogarasiensem in Trasylvania quae jam inde a sua institutione Metropolitico juri Archiepiscopi Strigoniensis ad haec usque tempora obnoxia fuit ab eodem jure et subjectione ejusdem Metropolitani Antistitis accedente consensu praemisso Auctoritate Apostolica eximimus et dissolvimus ita ut ipsius Diecesis Antistites greci ritus catholici uniti quaeque inibi existunt Eclesiae omnes civitates, oppida Pagi pareciae Matres sive filiales itemque coenobia Monasteria Instituta quaelibet tum Eclesiastica tum Secularia quorumvis Ordinum Regularia omnes denique utriusque Sexus personae cujuscumque gradus ordinis et conditionis a pristina cui antea suberant Metropolitae Strigoniensis jurisdictione et quavis alia potestate et praerogativa jurisdictionali in perpetuum pariter exemptae sint et liberatae Insuper Magnovaradinensem Diecesim quo Strigoniensis ejusdem Antistitis jurisdictioni a sua fundatione praefata subjecta fecit ab eadem jurisdictione et potestate de Metropolitae ipsius libero consensu et resignatione in perpetuum ea ratione distrahimus et avellimus ut non modo Magno-Varadinenses Antistites graeci ritus catholici uniti sedvero etiam omnes illius Dioecesis Eclesiae civitates oppida pagi Matrices et filiales Pareciae Monasteria conventus cujuscumque generis instituta omnes et singulae utriusque sexus personae cujuscumque gradus ordinis et conditionis denique caetera omnia quae inibi existunt ab antiquo Archiepiscopi Strigoniensis jurisdictione et superioritate similiter in perpetuum distracta prorsus et exemta censeantur. Quae cum ita sint tum Magno-Varadinensis et Fogarasiensis, tam duarum per nos erectarum Lugosiensis nimirum et Armenopolitane Dioecesium territoria una cum ibi existentibus Civitatibus oppidis Pagis aliisque accessoriis in Eclesiasticam Provinciam Graeco catholicam unitam linquae Romanae atque adeo unam Archiepiscopalem Metropoliticam sedem Fogarasiensem Romanorum graeci ritus catholici uniti eadem Apostolica Auctoritate perpetuo quoque erigimus et instituimus Jam vero duabus illis Episcopalibus sedibus Lugosiensi et Armenopolitana per Similes Nostras hoc ipso Die datas Apostolicas Litteras fundatis et constitutis ad territorium quod attinet Fogarasiensis Dioecesis complecti illud statuimus in posterum sequentes parecias tum Matrices tum Filiales nimirum quindecim ex Districtu Archidiaconatus Blasiensis cum animabus decem mille Sexaginta et una — Quadraginta Sex ex Districtu Archidiaconatus A. Carolinensis cum animabus undecim mille tercentum triginta tribus — Quadraginta quatuor ex Districtu Archidiaconatus Elekesiensis cum animabus Novem Mille tercentum nonaginta sex — Viginti ex districtu Archidiaconatus M. Bagoiensis cum animabus sex mille quingentis novem decim — Decem et septem ex Districtu Archidiaconatus M. Ujvariensis cum animabus Septem mille tercentum-Viginti quatuor ex districtu Archidiaconatus N. Enyediensis cum animabus octo mille centum triginta tribus Quindecem ex districtu Archidiaconatus Ormeny-Szekiensis cum animabus quatuor mille Noningentis Vinginti quinque — Septuaginta ex districtu Archidiaconatus Cibiniensis cum animabus Quindecim mille Novem decim — Quadraginta quinque ex districto Archidiaconatus Gyergyoensis cum anima-Undecim mille trecentum quadraginta Novem—Quadraginta tres ex Districtu Archidiaconatus Mediensis cum animabus novem mille Nomingentis Viginti et una — Centum tringinta octo ex Districtu Archidinconatus Udvarheliensis cum animabus Ter mille sexcentum Uiginti octo — Triginta octo ex districtu Archidiaconatus Elisabethopolitani cum ani-

©BCU CLUJ

mabus quinque mille tercentum Septuaginta novem — Viginti quinque ex districtu Archidiaconatus M. Benyensis cum animabus Duodecim mille quingentis sexaginta sex — centum unum ex Districtu Archidiaconatus Marusiensis cum animabus tredecim mille et septem — quindecim ex districtu Archidiaconatus Sovenyfalvensis cum animabus quatuor mille quatuor centum tredecim — Sexdecim ex districtu Archidiaconatus Radnotensis cum animabus septem mille tercentum et una — Tredecim ex districtu Archidiaconatus Vajda Kuthensis cum animabus quatuor mille Biscentum quadraginta septem — Decem et septem ex districtu Archidiaconatus Aranyasiensis cum animabus septem mille centum octaginta — sexdecim ex districtu Archidiaconatus Bosensis cum animabus novem mille Noningentis Nonaginta septem — Quadraginta et octo ex districtu Archidiaconatus Görgenyensis cum animabus Duodecim mille octingentis octaginta novem-Decem et octo ex Districtu Archidiaconatus Ludosiensis cum animabus septem mille centum triginta quatuor — Quatuordecim ex districtu Archidiaconatus Pogacensis cum animabus novem mille sexcentum quadraginta sex — viginti et unam ex districtu Archidiaconatus Pocsagensis cum animabus quinque mille octingentis quinquaginta octo Vigintiquinque ex districtu Archidiaconatus Thordensis cum animabus Decem mille quatuor centum Vigintiquinque — Quinquaginta quatuor ex districtu Archidiaconatus Claudiopolitani cum animabus octodecim mille quatuor centum sexaginta septem Viginti novem ex Districtu Archidiaconatus Faragoensis cum animabus Duodecim mille tercentum undecim — Duodecim ex Districtu Archidiaconatus Katanaensis cum animabus ter mille septingentis quadraginta quinque — Duodecim ex Districtu Archidiaconatus Kolosiensis cum animabus septem mille tercentum Septuaginta octo — Decem et septem ex Districtu Archidiaconatus Maroslakensis cum animabus sex mille sex centum quadraginta quinque — Quindecim ex districtu Archidiaconatus Meregyoensis cum animabus octo mille tercentum — Decem et Septem ex districtu Archidiaconatus M. Szt. Martoniensis cum animabus undecim mille centum Sexaginta duabus — Decem et octo ex districtu Archidiaconatus Palatkaensis cum animabus Decem mille Biscentum et quinque — Septuaginta quatuor ex districtu Archidiaconatus Venetiensis cum animabus Viginti octo mille quingentis triginta et una — viginti et unam ex districtu Archidiaconatus Czikenthaliensis cum animabus quatuor mille septingentis et octo — octaginta sex ex districtu Archidiaconatus Haromszekiensis cum animabus Ter mille centum quinquaginta sex — Decem et novem ex districtu Archidiaconatus Dersiensis cum animabus Decem mille quingentis quadraginta novem — Septem ex districtu Archidiaconatus Milvanensis cum animabus Ter mille quingentis viginti novem — Decem ex districtu Archidiaconatus Varmezoensis cum animabus Bis mille noningentis Triginta et una — Quadraginta Tres ex districtu Archidiaconatus Bistricensis cum animabus Decem mille septingentis et una — Ita constituto Fogarasiensis Eclesiae territorio praestat nunc ut civitatem Fogarasiensem Metropolitano honore ac nomine decoremus et quamvis Fogarasienses Antistites iam inde a suae sedis institutione Episcopalem Residentiam ad civitatem Balasfalvensem commodius utiliusque transtulerint ibique cathedralem erexerint suumque constituerint Presbyterium quemadmodum in praesens existunt nihilominus ex primaeva sedis fundatione ab Apostolica sede peracta Fogarasiensem ipsam civitatem Archiepiscopali honore ac nomine augemus ita ut illa omnibus et singulis juribus honoribus privilegiis praerogativis non tamen oneroso titulo aquisitio in posterum perfruetur quibus aliae Archiepiscopales ejusdem ritus Eclesiae uti et frui posse dignoscuntur Insuper templum quod Balasfalvae Sanctisimae Trinitati sacrum pro cathedrali approbatum jam fuit a fel. Pio Papa Septimo etiam Predecessore Nostro per Apostolicas sub plumbo datas Litteras Kalendis Decembris Anno Domini Millesimo octingentesimo septimo loco prestituti alterius Templi sancto Nicolae dicati destitutum omnino volumus priscae cathedralis titulo quem in eo supprimimus et exstinguimus Illud vero ipsum Templum primaevam invocationem religiose servaturum ad Eclesiae Archiepiscopalis seu Metropolitanae gradum honoremque pari Apostolica Auctoritate perpetuo item attollimus atque evehimus sic ut in ea Fogarasiensi (seu Balasfalvensi Metropoli et Eclesia constituta sit cathedra et Dignitas Archiepiscopalis pro uno ipsius Ordinario Antistite Fogarasiensi ritus graeci catholici uniti nuncupando, qui singulis gaudeat privilegiis, prerogativis, honoribus juribusque Archiepiscopis dicti ritus concessis ita ut omnia, quae ad similes graeci ritus catholici uniti Archiepiscopos in eorum civitatibus ad Archiepiscopale munus

Biblioteca Centrală Universitară din Cluj • ROMÂNIA
Universității Regele Ferdinand
©BCU CLUJ

exercendum de jure, usu, consvetudine vel quavis alia legitima ratione pertinere solent eadem gerere et exercere libere ac licite possit et valeat. Porro huic novae Metropolitanae Eclesiae Fogarasiensi tanquam suffraganeas eadem Apostolica Auctoritate etiam perpetuo addicimus et attribuimus tum Eclesiam Episcopalem Magno-Varadinensem in Hungaria, tum novas per Nos erectas Episcopales item Eclesias Lugosiensem scilicet et Armenopolitanam una cum suis omnibus territoriis incolis et accessoriis quibuscumque ita ut supradictae Episcopales Eclesiae Matropolitano Antistiti Fogarasiensi pro tempore existenti juxta suum ritum obsequentes subsint in vinculo charitatis Atque ut memoria non intercedat quod postremus Albae-Juliensis sive Albae-Carolinensis Metropolita una cum suis Diecesanis a schismate ad veram fidem Catholicam se converterit et in unitate ac subjectione Romanae Apostolicae Sedis vitam Deo reddiderit, prout monumenta testantur, hinc peculiariter concedimus atque indulgemus ut quicumque in posterum fuerint graeci ritus catholici uniti Fogarasienses Antistites nomen quoque et titulum Archiepiscopi Fogarasiensis et Albo-Juliensis etiam in omnibus et singulis eorum actis adhibere libere ac licite possint et valeant Precipiendo tamen ut Venerabilis Frater Noster Alexander Sterka Sulutiu hodiernus Fogarasiensis Episcopus ejusdem Fogarasiensis et Albae-Juliensis nomen ac titulum adhibere non possit antequam renunciatus Archiepiscopus fuerit in Nostro Consistorio atque Apostolicas de more Litteras provisionis hujus nuper erectae Metropoliticae sedis fuerit consequutus Volentes ut memoratus Antistes Antequam Archiepiscopatus hujusmodi possessionem adipiscatur Ejus vero successores antequam munus consecrationis recipiant fidei proffessionem emitant juxta formam a pie mem. Urbano Papa octavo similiter Predecessore Nostro pro orientalibus editam coram sui Presbiterii seu capituli duobus Prebendatis eamque scriptis traditam propriaque dictorumque Prebendatorum subscriptione munitam ad Apostolicum Viennae Nuncium per eum ad Urbem de more perferendam transmittant iubentes preterea ut tum dictus Antistes tum ejus successores Pallium de corpore Beati Petri Sumptum in Consistorio Instantissime postulent. Interim vero Singulis quadrienniis plenam et absolutam Archidiecesis relationem ejusque Eclesiae statum ad congregationem venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Eclesiae Cardinalium Propagandae fidei praepositam mittere teneantur salva etiam ceteroquin ejusdem congregationis auctoritate ac firmis perpetuo manentibus Praedecessorum Nostrorum constitutionibus et Apostolicis ordinationibus aliisque in Generalibus conciliis super ritibus orientalibus editis Decretis Nunc autem ad dotem quod pertinet Archiepiscopalis et Fogarasiensis et Albae-Juliensis Eclesiae ut illius Antistites suam tueri dignitatem decenter possint Archiepiscopali eidem mensae summam adsignamus Quindecim Millium Florenornm Argenteorum Vienensium ab Imperiali Gubernio quotannis solvendam Quae quidem summa partim compensari debet eisdem bonis ac reditibus quibus antehac Episcopalis mensae Fogarasiensis dotem constituebant partim vero ab aerario publico suppleri donec bona stabilia sicut a laudato Francisco Josepho Imperatore et Rege sponsum est in eum finem subrogentur Jam vero ut juxta excellentiorem Fogarasiensis Eclesiae gradum ipsius Presbiterium seu capitulum conveniens decus ác nomen acquirat suppresso planeque extincto prisco cathedralis titulo illud ipsum in Presbyterium Archiepiscopale seu Metropolitanum perpetuo pariter Apostolica Auctoritate prefata eo modo instituimus ut illud una cum suis oneribus et muniis consvetis gaudere ac perfrui valeat et debeat honoribus privilegiis, insigniis ceterisque omnibus quibus aliarum sedium Archiepiscopalium Graeci ritus Catholici uniti Presbyterio vel capitulo de jure usu et consvetudine frui posse dignoscuntur dum modo illa oneroso titulo vel singulari concessione non fuerint acquisita Item praeterea Presbyterium sive capitulum constare in posterum volumus ex Archipresbytero qui duorum Millium florenorum summam ab Imperiali Gubernio quotannis percipiet, ex Archidiacono qui percipiet florenos mille et octingentos ex Eeclesiarcha qui florenos Mille et sexcentum habebit, ex Scholiarcha cui pendentur floreni Mille et quingenti, ex Chartophilace cui solventur floreni Mille et quatuor centum Insuper quinque alios adesse Mandamus Prebendatos Metropolitanae Eclesiae Servitio adictos quorum singuli percipient quotannis florenos Mille et biscentum, quae quidem Summa pendenda erit ab Imperiali Gubernio donec firmae et stabili dotationi memorati Presbyterii seu capituli consultum erit per bona Stabilia quae juxta datas sponsiones quam primum erunt in eum finem designanda Quamquam

vero aedes Episcopales in Civitate Balasfalvensi cum caeteris suis adnexis aedesque Presbyterio vel capitulo addictae satisaptae ac decenter ornatae pro Nova Archiepiscopali Dignitate et officio ferantur, imperiale tamen gubernium eisbem aedibus pro Necessitate ac decore providere Sollicitum est impensis suis Item pro cathedralis Eclesiae conservatione ejusque sacrarii provisione nec non pro cancellariae Archiepiscopalis officio et expensis congruens summa ab eodem Gubernio erit singulis annis taxative pendenda donec per bona stabilia adsignanda certi ac stabiles reditus pro rei necessitate et gravitate attribuantur Volemus autem quod fructus novae istius modo constitutae Fogarasiensis et Albae-Juliensis Metropolitanae Eclesiae juxta reditus illius mensae attributos taxari in florenos Mille et Biscentum aureis de camera atque hujusmodi taxam in Libros tam camerae Nostrae Apostolicae quam Collegii Cardinalium de more referri Postremo ut omnia et Singula Apostolicis hisce Nostris comprehensa Litteris plenum consequantur effectum Dilectum filium Nostrum Michaelem ipsius Sanctae Romanae Eclesiae Presbyterum Cardinalem Viale Prela nuncupatum Nostrum et Sanctae hujus sedis apud vienensem Aulam Pro-Nuncium Apostolicum in exequutorem presentium Litterarum constituimus et deputamus eique ut pro hujus modi exequutionis effectu quamcumque personam in dignitate Eclesiastica constitutam sub delegare ac tam ipse quam persona subdeleganda super quacumque quaestione appositione aut dubio contra praemissa omnia quovis modo orituris definitive etiam interpretari declarare ac pronunciare omni remota appellatione libere et licite possint et valeant plenam et liberam earundem praesentium tenore concedimus facultatem et insuper easdem presentes Litteras perpetuo validas et efficaces existere suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere nec non omnibus et singulis ad quos spectant seu spectabunt plenissime suffragari ac nullo unquam tempore quovis potestate et qualibet causa quantumvis juridica ac privilegiata vel speciali nota digna ac de necesitate juris vel facti omnino exprimenda de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio aut intentionis Nostrae seu quovis alio substantiali et peculiarem mentionem requirente defectu seu ex eo quod in premissis solenitates et quaevis alia servanda et adimplenda servata et adimpleta non fuerint aut ex quocumque capite de jure vel facto aut statuto vel consvetudine aliqua resultante notari impugnari retractari in jus vel controversiam vocari aut ad viam et terminos juris reduci vel adversus illas restitutionis in integrum aperitionis oris aut quodcumque gratiae vel justitiae remedium impetrari seu quomodolibet motu etiam proprio et ex potestatis plenitudine concesso et impetrato vel emanato quemcumque usi vel se juvare in judicio et extra illud posse neque illas sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus suspensionibus limitationibus derogationibus alliisque contrariis dispositionibus per quascumque Litteras et Constitutiones Apostolicas aut cancellariae Apostolicae Regulas quibuslibet excusis et sub quibusvis expressionibus et formis edidas et quandocumque etiam in Crastinum Assumtionis successorum nostrorum Romanorum Pontificum ad summi Apostolatus Apicem ac alias etiamsi de iisdem presentibus eorumque toto tenore Specialis mentio fiat in posterum edendas factis et faciendis comprehendi sed semper et omnino ab ilis excipi et quoties ille emanabunt toties in pristinum et vallidissimum statum restitutas repositas et plenarie redintegratas ac de novo etiam sub quacumque posteriori data concessos esse et fore sique et non alias per quoscunque Judices ordinarios vel Delegatos qaavis Auctoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac praefatae sanctae Romanae Eclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos vice Legatos dictaeque Sedis Nuncios sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate judicari et definiri debere et si secus super his a quoquam quavis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum et inane decernimus Non obstantibus Nostris et cancellariae Apostolicae regulis de jure quaesito non tollendo ac quatenus opus sit de applicationibus ad partes committendis vocatis quorum interest nec non Lateranensis concilii novissime Celebrati dismembrationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohiben. aliisque etiam in Synodalibus et universalibus conciliis editis vel edendis Specialibus vel Generalibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis nec non Eeclesiarum de quibus facta mentio est etiam juramento Confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et consvetudinibus privilegiis quoque indultis et literis Apostolicis quibusvis superioribus et personis in genere vel in specie cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque

©BCU CLUJ

efficatioribus efficacissimis ac etiam insolitis clausolis irritantibusque et aliis Decretis etiam motu scientia et potestatis plenitudine similibus ac etiam consistorialiter aut alias quomodolibet in contrarium praemmissorum forsan concessis aprobatas confirmatis et inovatis quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis suorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua non autem per Clausolas Generales idem importantes mentio aut quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso ex forma in illis tradita observata inserti forent eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime et amplissime ac specialiter et expresse ad premissorum omnium vallidissimum effectum hac vice duntaxat Motu pari derogemus ceterisque contrariis quibuscumque volumus autem quod earumdem presentium Litterarum transumptis etiam impressis manu tamen alicujus Notarii publici Subscriptis et Sigillo Personae in Dignitate Eclesiastica constitutae munitis eadem pronus fides in Judicio et extra illud adhibeatur quae iisdem originalibus Litteris adhiberetur si forent ex hibitae vel ostensae Nulli ergo Omnino hominum liceat has paginas Nostrae absolutionis exemptionis dissolutionis disjunctionis erectionis constitutionis statuti evectionis adictionis attributionis indulti precepti adsignationis institutionis mandati decreti derogationis et voluntatis infringere vel illis ausu temerario contraire Siquis autem hoc attentare presumserit Indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum se noverit incursurum=Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Octingentesimo Quinquagesimo Tertio=Sexto Kalendas Decembris=Pontificatus Nostri Anno octavo=Loco † Plumbi-Super quibus Litteris Ego Notarius Apostolicus praesens transumptum confeci presentibus Dominis Petro et Alexandro Testibus A. P. —

Concordat cum Originali a. Siasanti officialis Dptus

El. R. Card. Spinola Pro-Dat.

(L. S.) Haert. Ludovicus Jausty m. p.
Notarius Apostolicus.

„Cajetanus Eques Sassi, Aplicus expeditor.“

Est autem in Transumpto Sigilum papiro alba super hostiam rubram in finibus fili rubri sericei ab intus comunitum, cum hac circumscriptione: „Ugo Petrus S. R. E. Card· Spinola SS. D. N. Pii PP. IX. Prodatarius.“

Transumptum hoc descripsi Blasii in Cubili Secreto Excell. Comitis ac Illustr. et Reverendissimi Metropolitae Archiepiscopi D. Alexandri Sterca Sulutiu ex ipso Originali Transumpti in papiro confecti. —

Stephanus Moldovan m. p.
Vicarius foraneus Hatiegiensis
et Decanus G. C.

МЪNȢСКРІПТȢЛȢ
ПЪРІNТЕЛȢІ ФЪВРІЛЪ
ла Oxfort ші ȣnȣ алtȣ dокȣmжntȣ mai ꙟmпoрtante.

Domnȣлȣ meȣ?

Biena 4. Noemвре 1855. Ꙟn Nр. 37 алȣ „Фоіеі“ din an. кȣр. авȣръці вȣnътате de апȣвліка епістола Dлȣі А. Т. Л. ddo. Лondра 2. Септемвре 1855 deспре чеде патрȣ еванцеліе скрісе de кълȣгърȣлȣ molдовеanȣ пъріnтеле Фъвріль dȣпъ doрinца Мъріеі С. Domneі лȣі Алесаndрȣ ВВ. ꙟn anȣлȣ deла Хс. 1429. Bedemȣ din ачеа епістолъ къ ꙟnвъцатȣлȣ кълъторȣ а фъкȣтȣ notiце dȣпъ ачелȣ mъnȣскріптȣ; dар nȣ пе спȣне чéа че ера de doрітȣ спре а спарце dісnȣта че ера ꙟnтре ȣnii din ai nострі, карі ꙟnкъ de mai ꙟnainte авȣсеръ счііnцъ deспре ачелȣ mъnȣскріптȣ. Ȣnii adeкъ претindeaȣ къ ачеле еванцеліе сжnт скрісе ꙟn літва роmжnъ, лȣкрȣ форте пътȣрале ла чеі че ꙟnкъ тот се mai цinȣ de каnтеmірȣ ші креdȣ dȣпъ ачеста, къ літва славоnъ ші літереле, че фъръ ніче ȣnȣ фȣndъmжnтȣ се пȣтескȣ але лȣі Чірілȣ, сар фі ꙟnтроdȣсȣ ла роmanii ресъріteni nȣmai dȣпъ сіnodȣлȣ флоreнtinȣ. Кжnd ар ста ачеастъ іпотесъ кȣ тотȣлȣ контраре історіеі ші ꙟmпреціȣръріlорȣ релътіве, атȣnчі ар ȣрmа de сіne, къ тотȣ че с'а скрісȣ ла роmжnі ші пеnтрȣ роmжnі ꙟnainte de сіnodȣлȣ флоreнtinȣ, с'а скрісȣ ор роmжnесче ор ꙟn алтъ літвъ, nȣmai nȣ ꙟn чеа Славоnъ. Чі літва славоnъ фȣ ꙟmпȣсъ роmжnілорȣ deodатъ кȣ жȣгȣлȣ Бȣлгарілорȣ кȣ mȣлтȣ mai ꙟnainte,

©BCU CLUJ

ші фȣ сȣџінȣтъ апоі прін маі мȣлте інстітȣте еклесіастіко-політічі бȣлгърешті, специалмінте ші прін інстітȣтȣл боіерескȣ, каре ші елȣ е de оріџінъ бȣлгарікъ. Чеі dintreі боіері Ꙟn Dачіа аȣ фостȣ бȣлгарі: dар ші dȣпъ рестȣрнареа імперіȣлȣі бȣлгърескȣ, ші dȣпъ контопіреа семінціелорȣ боіерешчі de віцъ бȣлгарікъ Ꙟn елементȣл ромжнȣ, „боіерȣлȣ" ші „ромжнȣлȣ" аȣ ремасȣ Ꙟn тотъ історіа прінчіпателорȣ doъ елемінте dіверсе, ба ші контрарі ȣнȣлȣ алтȣіа, пънъ Ꙟn zіоа de астъzі. De ачéа еȣ нȣ м'ам мірать, кжndȣ Ꙟnаінте de треі лȣні, репосатȣл Алекȣ Гіка, нȣмітȣ „къчіȣлъ-маре", Ꙟn тречереа са ла бъі, Ꙟntревъ Ꙟntр'о adȣнаре аічі пе ȣнȣ ромжнȣ Ꙟnвъцатȣ: „Nȣ кȣтва аі datȣ de вреȣнȣ Хрісовȣ, din каре съ се потъ компроба, къ пъмжнтȣлȣ (Ꙟn прінчіпате) а фостȣ алȣ боіерілорȣ ші нȣ алȣ ромжнілорȣ"! Е Ꙟn dешертȣ а аскȣnde аdеверȣлȣ; „боіерȣлȣ" ші „ромжнȣлȣ" ачесте doъ нȣмірі семніфікатіве, маі стаȣ Ꙟnкъ ші астъzі ка марторі віі пентрȣ бȣлгаріка оріџіне а інстітȣтȣлȣі боіерескȣ ші пентрȣ сортеа de сȣппȣнере ла боіерескȣ орла клакъ, сȣб каре а къzȣтȣ попорȣл ромжнȣ dела Крȣм Ꙟnкоче. Dар нȣ е локȣлȣ аічі а десволта ші а Ꙟntъpi din Хрісове ачеастъ антітесъ Ꙟntre „боіерȣ" ші „ромжнȣ." Амȣ воітȣ нȣмаі съ спȣнȣ, къ інстітȣтȣлȣ боіерескȣ а фостȣ ȣнȣлȣ din міжлочеле есенціалі, прін карі с'а сȣџінȣтȣ ла ромжні лімба славонъ, ка лімба челорȣ dintreі боіері. Еар літереле че се нȣмескȣ Чіріліане, сжнт літереле греко-bizantine ȣсітате Ꙟn тотȣ імперіȣлȣ Bizantinȣ ші ла попореле че џінеаȣ маі мȣлтȣ ор маі пȣцінȣ de ачестȣ імперіȣ. Кътаці Ꙟn фак-сіміліі мънȣскріптелорȣ bizantine din секȣліі VIII—XII ла Монтфокон Ꙟn палаграфіа гречеаскъ, ші веџі жȣра къ літереле din ачесте мънȣскріпте, ші літереле кȣ карі скріеаȣ ші тіпъріеаȣ сербіі, рȣшіі ші ромжніі пънъ ла Ꙟnчепȣтȣл секȣлȣі ачестȣіа, сжнт сȣрорі de крȣче, семъпъ ȣнеле кȣ алтеле Ꙟntрȣ тоте ка о пікътȣръ de апъ кȣ алта. Бітаціȣ Ꙟn Мънтфалкон саȣ Монтфокон, ші нȣ въ ва маі ремжне чеа мікъ Ꙟndoіеалъ. Nȣ Бȣлгарії ор Славії аȣ Ꙟntrodȣсȣ ачесте літере ла ромжні, чі чеі dintreі ле-аȣ афлатȣ ла ромжні ші ла bizantini. Ромжніі, рȣшіі маі Ꙟnteiȣ dекътръ імперіȣл, апоі dекътръ бісеріка апȣсȣлȣі, аȣ скрісȣ кȣ літереле греко-bizantine Ꙟnainte de domnia Бȣлгарілорȣ. Цеамвлакȣ ор Цеатвлікȣ а addȣсȣ dela Охpida кърці ші попі сжрбесчі, пентрȣкъ Ꙟn џеаръ ера ліпсъ ші de ачеле ші de ачестіа. Челе патрȣ еванџеліе dela Oxfort, скрісе de пърінтеле Фъврілъ кȣ патрȣ ані Ꙟnainte de терџереа лȣі Цеамвлакȣ ла Охрida, сжнт скрісе Ꙟn лімба славонъ ші пентрȣ ноі н'аȣ алтъ Ꙟnсемнътате, de кжтȣ къ ворȣ контрібȣі спре а десамъці пе Ꙟnкінъторії іпотесеі лȣі Кантемірȣ. Dар алтȣ dокȣмжнтȣ de маре Ꙟnпортанцъ с'а афлатȣ тот Ꙟn вівліотечеле deаколо dȣпъ пърчеdереа Domнȣлȣі А. Т. Л. — Амікȣлȣ ностр, Dȣмнеалȣі Ворнікȣлȣ Константінȣ Хȣрмȣzакі, dȣпъ че Ꙟntр'о епістолъ ddo. Лондон 6 Октомбре, не Ꙟnчіінцеазъ къ мънȣскрісȣлȣ пъріптелȣі Фъврілъ е Ꙟn лімба славонъ, апоі adаȣџе:

„Dар амȣ афлатȣ алтȣ dокȣмжнтȣ історікȣ de маре Ꙟnсемнътате пентрȣ прінчіпате, — ȣнȣ трактатȣ din анȣлȣ 1588 Ꙟnкеіатȣ Ꙟntre Молdова ші Англіа deadрептȣлȣ, — Ꙟntre Domнȣлȣ Петрȣ ші Реџіна Елісабета. Прін ачестȣ трактатȣ се конче de Англесілорȣ dрептȣлȣ de комерчіȣ Ꙟn Молdова пежжгъ о dаре de 3%. Трактатȣлȣ е скрісȣ Ꙟn лімба латінъ ші D. К. Хȣрмȣzакі а лȣатȣ о копіъ dȣпъ dжнсȣлȣ. —

Ꙟn алтъ скрісоре ddo Паріс 11. Октомбре скріе маі пе ларгȣ, къ Ꙟn Лондон афлъ ші кȣмпъръ ȣнȣ есемпларіȣ алȣ кърцеі лȣі Richard Hakluyt, че са тіпърітȣ Ꙟn Лондон 1598—1600 Ꙟn III. вол. Ꙟn фоліо. Томȣлȣ II. паџ. 290 кȣпрinde маі сȣсȣ нȣмітȣлȣ трактатȣ Ꙟnкеіатȣ Ꙟntre Петрȣ ші Елісабета Ꙟn 27. Аȣгȣстȣ 1588 прін амбасаторȣлȣ англесȣ Harborne.

Ачестȣ трактатȣ е Ꙟn аdевъръ de чеа маі маре Ꙟnсемнътате кіар астъzі, кжndȣ е ворба de сȣверанітатеа прінчіпателорȣ. Dȣпъ dрептȣлȣ попорълорȣ с'а demонстратȣ ші Ꙟn анȣлȣ ачеста, къ прінчіпателе н'аȣ пердȣтȣ німікȣ din сȣверанітатеа лорȣ ші dȣпъ че аȣ рекȣноскȣтȣ сȣпремаціа с. сȣзеранітатеа Порцеі отомане. Трактатȣлȣ дескоперітȣ de dȣмнеалȣі Ворнікȣлȣ К. Хȣрмȣzакі е чел маі маре аргȣмжнтȣ, къ прінчіпателе ші dȣпъ Ꙟnкінареа лорȣ аȣ негоціатȣ ка сȣверане кȣ стате стръіне сȣверане. Ачестȣ трактатȣ е Ꙟnкеіатȣ кам кȣ 80 de ані маі търzіȣ de кът Ꙟnкінареа Молdовеі кътръ Тȣрчі сȣб Bogdanȣ. Колсон, каре пȣблікъ маі Ꙟnteiȣ трактатȣлȣ de Ꙟnкінаре а лȣі Bogdan, лȣ пȣне ла анȣлȣ 1513. Кжndȣ с'а репродȣсȣ Ꙟn ачестȣ анȣ трактатȣлȣ Молdовеі, нȣ с'а маі фъкȣтȣ ніче о обсерваре

©BCU CLUJ

жȣтȣ пентрȣ анȣ. пентрȣкъ ла ꙟтребареа despre сȣверапітате ꙟп кȣпоскȣціі артікȣлі пȣ ера de піче о ꙟпортанцъ 8—9 ані mai mȣлтȣ ор mai пȣцінȣ. Акȣm ꙟпсе пе сітціmȣ deторі а mъртȣрісі, къ тръптетȣл лȣі Бorданȣ кȣ Порта пȣ поте фі din анȣлȣ 1533. Логофътȣлȣ Тъѣтȣлȣ, каре а пегоціатȣ ачестȣ тръптатȣ, а mȣрітȣ дȣпъ mъртȣрісіреа лȣі Фрік. Ѣреке ꙟп анȣлȣ 7019. с. 1511, ва съ zікъ кȣ doї ані mai ꙟпаіпте de анȣлȣ ꙟп каре пȣпе Колсоп траптатȣл лȣі Бorданȣ. Кътръ ачеаста din Ѣреке се ꙟпцелеце, къ Бorданȣ ꙟпдатъ че с'а світȣ пе тропȣ, ва съ zікъ ꙟп анȣлȣ 7012 с. 1504 а трімесȣ пе Тъѣтȣлȣ ла Порта отоmanъ пентрȣ ꙟпкіпареа Церей. Nȣ mai е dар піче о ꙟпdоіалъ къ тръптатȣлȣ лȣі Bordанȣ с'а ꙟпкеіатȣ ор ꙟп анȣлȣ 1504 ор ꙟп чеі doi ані ȣрmъторі (1505—1506) фііndъ пȣ се счіе кȣтȣ а шеzȣтȣ логофътȣлȣ Тъѣтȣлȣ ꙟп Копстаптіпополȣ. Е ꙟпсе кȣ пȣтіпцъ, ка фертапȣлȣ Сȣлтапȣлȣі съ се фіъ пȣблікатȣ mai пе ȣртъ; ꙟпсе траптатȣлȣ ꙟпсȣші е mai векіȣ de анȣлȣ 1513. Bedemȣ dар къ Молdова ла 80 de ані dȣпъ ꙟпкіпареа са ла тȣрчі пегоціеаzъ ка статȣ сȣверапȣ, фъръ а ꙟптреба пе пȣтереа Сȣzерапъ, чеа че пȣ се поте zіче de Каптеmірȣ кȣ Петрȣ I., пентрȣкъ Каптеmірȣ пегоціеа кȣ счіреа Порцеі, ла пъреpe ꙟп фавореа ачестеі din ȣртъ. Тръптатȣлȣ лȣі Каптеmірȣ кȣ Петрȣ е ꙟпсеmпъторȣ пȣmai ка арȣгȣmептȣ ꙟп коптра Рȣшілорȣ, къ adекъ Рȣшіі аȣ рекȣпоскȣтȣ ꙟп фаптъ къ потȣ трапта кȣ прінчіпателе ка кȣ стате сȣвераnе; еар траптатȣлȣ лȣі Петрȣ BB. кȣ Елісавета е ꙟп тоте прівінцеле аргȣmептȣ пентрȣ сȣверапітатеа прінчіпателорȣ.

М......

МЪDІТАЦІЕ.

De че оаре Doamne съпте? кȣ але теȣ брацȣ певірȣітȣ,
Nȣ ажіȣці певачеіа карii, астъzі еі аȣ хотърътȣ
Пе попоареле крештіпе,
А ле скоате din ровіе de сȣв жȣгȣ апъсъторіȣ,
А da лȣmеі лівертате феріч іре 'п вііторіȣ
Ка 'аша ціе съ се 'пкіпе.

Кȣm? пе тіпе пȣ те 'ппакъ? пȣ воіешті а те adора
De-отȣлȣ ліберȣ, че ла черіȣрі mai ȣшорȣ поате свȣра?
Рȣга zісъ ін склъвіе,
С'аȣ сȣспіпȣлȣ че ꙟлȣ скоте кѫпdȣ е отȣлȣ апъсатȣ!
De тірані de лапцȣрі греле de ȣпȣ Deспотȣ петпъкатȣ,
Пентрȣ тіпе і армопіе?

Орі воіешті ꙟпкъ о dатъ прін потопȣ а mai черта!
Ші акȣmа вреі ꙟп съпце ачестȣ гловȣ а іпека,
Ш' атъръта оmепіре?!
С'аȣ астȣ цертȣ, ȣпdе mii теmпле віетȣлȣ отȣ ц' аȣ ꙟпъльцатȣ
Ші din каре ꙟп тотȣ тіmпȣлȣ ці се 'пкіпъ пе'пчетатȣ,
Вреі съ 'лȣ лаші ꙟп пъръсіре?

Стръmȣтавеі лецеа сѫптъ ч'аі вроітȣ лȣmеі аі da,
Пъпъ кѫпdȣ пе ачелȣ mѫпdрȣ веі лъса а се'пгъmфа;
Ші ȣmілітȣ ꙟп сȣферіпце!
Орі черці Doamne пе челȣ, каре ꙟлȣ ізвешті прекȣmȣ аі zісȣ;
De é mаре ꙟп ръвdаре, dакъ есте елȣ сȣпȣсȣ?
Dакъ аре елȣ кредіпцъ?

Dȣmпеzеȣле пъріпте! пре пъmѫптȣ кать din черіȣ,
Ші прівеште mii de браце, есілате de-аdевърȣ
Ацісторіȣлȣ теȣ пре сѫпте!
Пентрȣ ачеі че оmепіреа вреȣ de реȣ а mѫптȣі,
De ровіе ш' ачеа ідръ, че воеште а mістȣі
Mii попоаръ ȣmіліте.

С'аȣ de есте а та воінцъ але теȣ скопȣ пестрътȣтатȣ,
А da лȣmеа спре чертаре сȣв ȣпȣ вічȣ ꙟпфлъкъратȣ;
Nȣ кѫртіmȣ! Атъта съпце
De отȣ ꙟпсъ съ се версе, Doamne сѫпте пȣ лъса!
Ші 'ачестȣ mȣцетȣ de dȣрере, фъ акȣmȣ а ꙟпчета.
Къ 'п склъвіе пої пȣтіmȣ плѫпце!

Іашіі 18 Іȣпіе. Г. Т.

Редакторȣ респȣпzъторіȣ
ІАКОБȢ МȢРЪШАNȢ.

Ediціȣпеа ші тіпарiȣлȣ лȣі
ІОАNЕ ГОТТ.

©BCU CLUJ